



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 118. Bellum Hungaricum contra Ragotsianos rebelles.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. & quamvis hic ad oppidum Callianum  
 A. C. 1706. Suecos captis belli tormentis atque in-  
 pedimentis die vigesima nona Octobris  
 profligasset, suosque Ministros cultu-  
 diæ dedisset, haud ultra tamen in-  
 paci reclamare poterat, sed die decima  
 quinta Decembris cum Sueco  
 mitioribus pacis conditionibus age-  
 coactus est, quæ etiam die prima  
 nuarii anno sequenti publico præconio  
 in Saxonia fuerant declaratæ.

## §. CXVIII.

*Bellum Hungaricum contra Ragotzianos rebelles.*

*Wagn. vit.  
 Jos. lib. I.  
 Gottfrid.  
 Hist. cont.  
 pag. 649.*

Auspiciatum felixque alioqui Jo-  
 Cæsaris imperium multa mole  
 turbabat rebellium Hungarorum  
 quies; quamvis enim hi in Transyl-  
 vania ingenti clade affecti fuissent, cap-  
 tamen Eperiesino totam hanc regionem  
 cædibus, rapinis, atque incendiis  
 licentius devastarunt, quo letantem  
 Heisterum Comitem, cujus fortitudi-  
 nem plurimum formidabant, ab  
 licis ex alienæ laudis invidia a  
 tari imperio amotum compererat.  
 Quamprimum vero Herbevillium,  
 Heistero successerat, propulsatis  
 thyani, quem Ragotzius turbandæ Hun-  
 garicæ præfecerat, copiis, Danubio



Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

trajecisse intellexerunt, per Paulum Szecsenium Colocensem Archiepiscopum subdole pacem offerebant: Ast Herbevillius dolum subesse vel ex eo cognoverat, quod inclinatas Ragotsii res nuper auro Gallico rursus erectas, ejusque exercitum triginta millibus validum, ac Gallicis Ductoribus, Germanisque transfugis auctum postridie castra movisse, ac Cæsareis obsistere comperiisset. Igitur Ragotsianos aggressus, prope Biberispurgum fudit, fugavitque, ac Varadino in Transylvaniam progressus, inito ad Sibot prælio rursus intersectis quatuor rebellium millibus, Claudiopolim, totamque pene Transylvaniam in Cæsaris fidem, libertatemque asseruit. Nihilominus Ragotsius partitis agminibus Styriam, Silesiam, Moraviam, ipsiusque Austriæ fines populabundus vastabat, donec Palfyus Forgatianum agmen e Rabavia propelleret, & Altenburgum pabulis & frumento repletum recuperaret, quinimo rebelles ad internecionem delevisset, nisi Tyrnaviæ inducias ad diem duodecimam Julii Cæsari magis noxias quam proficuas fuisse pactas intellexisset: cum vero eæ a Ragotsianis brevi violarentur, Palfyus recente milite auctus, fugatis rebellium agminibus Schüttam, & Staremburgius

*Hist. Eccles. Tom. LXVII.*

Gg Ca-



Sæc. XVII. Capervariam arcem, necnon Strip  
 A. C. 1706. nium, quam urbem Ragotsiani de  
 tione cepere, altero die recuperavit  
 Rebelles quoque Sopronii obsidione  
 a milite Cæsareo civibusque iterato  
 pulsi, solvere cogebantur, ut vero  
 lum majoribus viribus redintegrare  
 suppetias a Turcis petebant, quas  
 men Sultanus, ne violatæ pacis a Cæ  
 sare postularetur, non modo eis de  
 gavit, sed etiam de eorum petitione  
 suaque repulsa Imperatorem certior  
 reddidit. Denique seditiosi in vari  
 Cæsaris ditiones excurrentes, tam  
 humana ac promiscua barbarie festi  
 bant, ut duodecim Regni Comitatus  
 hucusque rebellibus faventes in ipsi  
 quoque Ragotsium arma vertere  
 cernerent.

## §. CXIX.

*Ulterior progressus controversiæ  
 Ritibus Sinensibus.*

*Epist. Cle-  
 ment. XI.  
 pag. 333.  
 Vid. supra  
 pag. 319.*

Quantumvis P. Lainesius Romæ  
 lum non moveret lapidem,  
 Turnoniani decreti executionem pro  
 pediret, nihilominus Clemens Pontifex  
 rematurius pensata, cuncta, quæ  
 nonius hac in re egisset, ipsiusque  
 cretum per S. Inquisitionis officium  
 anno die septima Januarii approbatum  
 Ver